



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quando, & in quibus causis, ac quomodo testes compelli possunt
adferendum testimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

um probatoriorum, & reprobatoriorum potissimum consistit in eo, quod delicta sive defectus, qui testibus obijciuntur, specificè exprimantur, & probentur, & juramentum præster opponens, quod non malitiosè procedat. *Præsentium 2. §. Testes h. r. in 6. ad omnem præsumptionem elidendam, quæ in altera præsertim reprobatione intervenire possit. Et quamvis ipse producent non*

possit testes à se productos reprobare, nisi inimicitia graves inter producentem & testes intervenissent, vel alia nova causa emerferit, potest tamen eorum testimonia reprobare, si videat pro suo partius adversario deponere eos, aut in diis suis non convenire; cum producenti has personas in testes, pro testibus quidem approbaverit, non tamen eorum dicta, quæ cum adhuc nescit,

T I T U L U S XXI. DE TESTIBUS COGENDIS VEL NON

§. I.

Quando, & in quibus causis, ac quomodo testes compelli possint ad ferendum testimonium.

Possunt ordinariè de utroque jure, si rogati, vel vocati testimonium ferre nolint, sine rationabili causa excusante, compelli à iudice, & cogi sub interminatione etiam censuræ, aut multæ pecuniariæ in causis pecuniariis, seu civilibus, ad testimonium perhibendum, ob publicam scilicet necessitatem, & utilitatem. Uti habetur in *L. si quando 19. §. Authen. sequente. Cod. de testibus §. c. Causam 1. c. Cum super 2. §. Caterum 6. h. r.* (ob præsumptionem mali doli, nisi aliâ præsumptione hæc ipsa elidatur) nisi specialiter ab hac coactione excepti essent, non quidem ob juramentum, quod fortassis de non testificando contra aliquem illicitè fecerant, sed ob alias causas, uti paulò post dicitur.

§. II.

An, & quando testes cogi possint ad ferendum testimonium in causis criminalibus?

Spectato jure Canonico nec Laicis coguntur ordinariè ad testimonium ferendum in causis criminalibus, quæ directe agitur ad vindictam publicam (quamvis multi teneant contrarium prout probari posse videtur ex *c. Dilectorum 10. h. r. junctâ Glossi. V. Super criminibus*, ob periculum scilicet gravium odiorum, & peccatorum ex tali testimonio timendorum, ac incurrendæ irregularitatis; quæ ratio multò magis prohibet quod de criminibus occultis, ut testimonium ferat, nemo cogi possit, de quo in iudiciis nulla publica suspicio est, nisi infamia præcessit, nisi crimen esset valè periculosum, & perniciosum etiam futurum; aut veritas aliter sciri non posset, cum præiudicio Reipublicæ, *c. Pervenit §. h. r.* aut malitiosè se subtrahat